



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

Christiano Lectori Leo Ivd Ecclesiae Tigurinae minister, salutem exoptat
per Christum seruatorem nostrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

HABVI ZENOPI TIBI
CHRISTIANO LEO

CTORI LEO IVD ECCLESIAE TI-

gurine minister, salutem exoptat per Chri=
stum seruatorem nostrum.



Desse iam tempora
ista periculosa, Chri-
stiane lector, de q-
bus Christus et apo-
stoli uaticinati sunt,
nemo tam cæcus est qui nō uideat.
Etenim ut omni ætate zizania di-
uinæ segeti superseminata sathanæ
hoc curante sucreuerūt, ita hac no-
stra feracissima nimium est seges
illa nocentissima, ubi priscarū hæ-
reseon colluuies quotidie repul-
lulascit. Cata baptistarum secta ex
omnibus aliquid decerpit. Mon-
strum enim hoc multiceps est, ut
non facile agnoscas quale sit: quod

EPIST. LEONIS IVDÆ

si capere tentes, anguilla omni est
lubricius. Quemadmodū uero in
multas & uarias sectas scissa est ca-
tabaptistarum hæresis, ita in hoc
omnes unanimiter consentiunt, ut
prædicatoribus ueritatis negotiū
exhibeant, & eos erga auditores
tanquā seductores suspectos red-
dant. Cōtra hunc nocentissimum
catabaptismi errorem scripserunt
uiri quidā diuinæ ueritatis & glo-
riæ studiosi. Inter quos primus o-
mnium fuit doctissimus & con-
statiſſimus uir Huldrychus Zuin-
glius ecclesiæ Tigurinæ antistes fi-
delissimus, qui eos in elencho suo,
cæterisq; contra catabaptistas edi-
tis libris acerrime & cōstantissime
persequutus, stravit & fudit, & glo-
riosa de eis uictoria potitus est.

Access

Accesserūt nihilominus & alijs stre-
nui milites ac socij pro gloria dei,
Martinus Buzerus, & Philippus
Melanchton, uiri non pietate so-
lum eximia, sed multijuga erudi-
tione conspicui, hi summa fide au-
xiliares copias in subsidium mife-
runt, ut uirus tam pestilens ex ec-
clesia Christi tolleretur. Non ni-
hil armorū Bernensis ecclesiæ mi-
nistri subministrarūt Sebastianus
Hofman, Caspar Megander, Ber-
chtoldus Haller, uiri integerrimi et
eruditi, qui Zofingæ longa con-
certatione errorem hunc breuibus
confutarunt. Scripsit & Heinry-
chus Bullingerus uir iuxta pius &
doctus lingua Germanica dialo-
gum quendam hoc in negocio nō
pœnitendum, ut & simplices anti-

EPIST. LEONIS IVDÆ

dotum contra uenenū uioperarum
præsens habeant. Quem ego ut-
cumq; Latinum feci, ut eo utan-
tur qui Christum extra Germaniā
profitentur. Nam ubicumq; Chri-
stus emergit, mox adsunt cataba-
ptistæ, ut ecclesias renatas & fœli-
citer institutas uastent ac dissecet.
Ita dæmon apros in limpidissimos
fontes ubiq; immittit ut aquā tur-
bent ac cœno suo inficiat. Liber-
tate quadā in uertendo sum usus,
multa demens, addens multa ex a-
lījs, quæ mihi ad hanc rem adcom-
moda uisa sunt, aut lectori profu-
tura. Hanc operam mēam qualis
qualis sit boni consule, optime le-
ctor, tibi enim desudauit. Nam si
sermonis elegantiæ quam publi-
cæ utilitatí studere maluissēm, fa-
cile

A D L E C T O R E M .

cile ab hoc tam laborioso & peri-
culooso opere mihi temperassem.
Sed ecclesiarum & gloriæ Christi
est nobis habenda ratio , non no-
stri nominis ac laudis. Omne te-
lum qđ pro ueritate pugnat con-
tra mendaciū et errorem arripien-
dum est, nec expendendum quām
sit elegans sed quām firmum et ne-
cessarium. Tu uale & nostro la-
bore bene utere. Non enim cata-
baptistarum perniciem querimus,
sed potius ut ab errore ad uerita-
tem conuertantur dominum ro-
gamus. Errorem infectamur, non
homines : quē si reliquerint, omni
eos ueneratione & amore digna-
bimur.

a 4